homo animal non est ; Cum enim homo sit res uniuersalis·
Nulla adiectione uniuersalitatis quae est nullus aut
omnis affirmationem uel negationem fecit ; quocirca
repetendum est ; affirmatio uniuersalis est · in qua uni
ł uniuersaliter· uersale uniuersaliter praedicatur affirmatiue ; et ne
gatio uniuersalis · in qua rursus uniuersale uniuer
saliter predicatur negatiue · sed haec huiusmodi
contrariae sunt ; fieri enim non potest ut ubi uera est
affirmatio uniuersalis · illic uniuersalis negatio

[at tamen]

uera sit : Uel contrario : fieri tamen potest ut utraeque inueniri falsae possint. ut omnis homo iustus est. nullus homo iustus est ; hic enim utraeque sunt falsae ; et ut una quidem uera falsa altera reperiatur. ut in eo quod est omnis homo animal est. nullus homo animal est. una uera est. altera falsa ; Ut tamen utraeque uerae sint fieri non potest ; Quocirca quoniam utraeque falsae inueniuntur [quae non discernunt inter uerum et falsum]. oppositae non sunt [scilicet quae non discernunt inter uerum et falsum]. sed sunt contrariae ; Cur autem contrariae dicantur. alio loco nobis erit dicendum ; Particulares uero oppositiones sunt huius modi ; Quidam homo animal est. quidam homo animal non est ; haec dicuntur subalternae, Affirmatio enim particularis sub affirmatione uniuersali subalterna est. rursus eodem modo particularis negatio sub uniuersali negatione subalterna est ; Sed haec aut utraeque uerae sint aut una uera alia falsa. fieri potest ; ut utraeque falsae sint non potest inueniri. ut in eo quod est quidam homo iustus est. quidam homo iustus non est. utraeque sunt uerae, Cum uero dicimus quidam homo animal est. quidam homo animal non est. Una uera est. altera falsa, et dicuntur [2] affirmatio et negatio particularis [tres] sub contrariae ;

Quia una dicitur per affirmationem. altera per negationem. ut omnis homo iustus est. nullus homo iustus est.

Quia sunt sub uniuersalibus contrariis.

Quare nec isti uocantur oppositę. Idcirco quia utrę que uerę
inueniuntur interdum. Sit autem harum talis descriptio.

SUBALTERNAE				SUBALTERNAE
		CONTRARIAE		
	AFFIRMATIO UNIVERSALIS		NEGATIO UNIVERSALIS	
	OMNIS HOMO IUSTUS EST		NULLUS HOMO IUSTUS EST	
		SUBCONTRARIAE		
	AFFIRMATIO PARTICULARIS		NEGATIO PARTICULARIS	
	QUIDAM HOMO IUSTUS EST		QUIDAM HOMO IUSTUS NON EST	

ERgo neque superiores uniuersales, neque inferiores
particulares oppositę sunt. Idcirco quod inferiores qui
dem utrę que uerę, superiores utrę que falsę esse possunt.
Sunt autem oppositę contradictorię, ut ipse ait. Si quis
aspiciat angulares, ut affirmationem uniuersalem
particulari comparet negationi, ut est omnis homo
iustus est, quidam homo iustus non est. Hae enim simul neque
uerę possunt inueniri neque falsę, sed semper in omnibus
una uera est altera falsa. Et rursus si uniuersalis ne
gatio particulari affirmationi comparetur, repe
riuntur oppositę, ut est nullus homo iustus est.

quidā homo iustus ÷ ; Sępe enī una uera est altera falsa ; et
l. diligent inspexeris
hoc in quibus libet terminis si dispexeris oratio ÷ discre
pabit ; Sit autē plenissima hoc modo descriptio ;



Sunt ergo determinationes universaliū quidē
omīs et nullus · particularium uero quidā ; Illę autē
propositiones quæ neq. universale habent additum ·
neq. particulare · Indefinitę uocantur · et particulari
bus similes similes sunt · ut ÷ homo iustus ÷ · homo ius
NB tus non ÷ ; Possunt enī utręq. esse uerę ; & in hoc ipso
exemplo quod diximus · potest una eē uera altera fal
sa · ut homo animal ÷ · homo animal non ÷ ; utręque
uero ut falsę sint · non potest inueniri ; et hæ ut dictū
est uocantur indefinitę ; Preter has autē omīs singala


Hic transilire p̄ mū · qc quę continet iā rētro dictas. & in secto carpendo cęptā recipe lectionē.
ubi tale creueris signū · [f. folui above]

Omnis adfirmatio omnisque negatio aut universalis est aut particularis aut indefinita.
Universalis est adfirmatio ut si quis dicat omnis homo animal est. Cui subiectum uni-
versale subiectum homo. De multis enim praedicari potest. universale praedicatum est.
Dixi enim omnis homo animal est. nec solum hominem quod est universale posui sed etiam
omnem et universaliter. id est omnem adiecimus universali. id est homini. Et haec est adfirmatio
universalis. Si vero dicat aliquis nullus homo animal est. rursus homini univer-
sali determinationem universalem. id est quod dicimus nullus adiecimus. Sive ergo in affirma-
tione sive in negatione. si cum universali aliquis proferat. universale in universali
proponet. Non proponit autem universale in universali. quotiens ita dicit homo animal est.
homo animal non est. Cum enim homo sit res universalis. nulla adiectione universalitatis
quae est aut nullus aut omnis adfirmationem vel negationem fecit. Quocirca repetendum est: Adfir-
matio universalis in qua universale universaliter praedicatur adfirmative. et negatio
universalis in qua rursus universale universaliter praedicatur negative. Sed huiusmodi
contrariae. fieri enim non potest ut ubi vera est adfirmatio universalis. illic universalis
negatio vera sit. Illud contrario fieri tamen potest ut utraeque inveniantur falsae possint
ut omnis homo albus est. nullus homo albus est. hic enim utraeque sunt falsae. Et in quibus
vera falsa altera reperiatur. ut in eo quod est omnis homo animal est. nullus homo animal est.
una vera est altera falsa. Ut vero utraeque verae sint fieri non potest. Quocirca
quoniam utraeque falsae inveniuntur. oppositae non sed contrariae. Cur autem contrariae dicantur alio
loco nobis erit dicendum. Particulares vero oppositiones sunt huiusmodi. quidam homo
animal est. quidam homo animal non est; hae dicuntur subalternae. Adfirmatio enim particularis
sub adfirmatione universali subalterna est. Rursus eodem modo particularis negatio
sub universali negatione subalterna est. Sed hae aut utraeque verae sunt aut una vera
alia falsa fieri potest. Ut utraeque falsae sint non potest inveniri. ut in eo quod est quidam homo
albus est. quidam homo albus non est. utraeque sunt verae. Cum dicimus quidam homo animal est. quidam homo
animal non est. una vera est altera falsa. Et dicitur adfirmatio et negatio particularis subcontrariae
quare necessario vocantur oppositae. Ideo quod utraeque verae inveniuntur. Sed haec talis rerum
descriptio

SUBALTERNAE	CONTRARIAE			SUBALTERNAE
	ADFIRMATIO UNIVERSALIS		NEGATIO UNIVERSALIS	
	OMNIS HOMO IUSTUS EST		NULLUS HOMO IUSTUS EST	
	SUBCONTRARIAE			
	ADFIRMATIO PARTICULARIS		NEGATIO PARTICULARIS	
	QUIDAM HOMO IUSTUS EST		QUIDAM HOMO IUSTUS NON EST	

Ergo neque superiores universales neque inferiores particulares oppositae sunt; Ideirco quod inferiores quidem utraeque verae, superiores utraeque falsae esse possunt. Sunt autem oppositae contradictorie, ut ipse ait, si quis aspiciat angulares ut adfirmationem universalem particulari comparet negationi, ut est omnis homo iustus est, quidam homo iustus est. Haec enim simul neque verae possunt inveniri neque falsae. Sed semper in omnibus una vera est altera falsa. Et rursus si universalis negatio particulari adfirmationi comparetur repperiuntur oppositae ut est: Nullus homo iustus est, quidam homo iustus est. Semper enim una vera est altera falsa. Et hoc in quibuslibet terminis dispexeris ratio non decrepabit. Sit autem plenissima hic

descriptio



Sunt ergo determinationes universalium quidem omnis et nullus, particularium vero quidam. Illae autem propositiones quae neque universale habent additum neque particulare, Indefinitae vocantur et particularibus similes sunt. Ut est homo iustus est, homo iustus non est. Possunt enim utraeque esse verae, ut hoc in ipso exemplo quod diximus. Potest una esse vera altera falsa, ut homo animal est.

homo animal non est. utręque uero ut falsę sint non potest inueniri. & hę ut dictum est uocantur inde-
Sunt has autem omnes singulares sunt in quibus contradictio poterit inuenire [at inueniri]. ut in eo quod est
socrates animal est. socrates animal non est. socrates iustus est. socrates iustus non est; Nam si nulla eas
ęquiuocatio uel predicati uel subiecti uel alterius temporis uel aliquid eorum quę per singula determinantur
impediat. semper una uera est altera falsa; Quare quoniam de omnibus in comune speculati sumus &
quid quęque [s. una] esset quantum breuitas patiebatur expressimus. ad textum nunc quoniam tempus est reuertamur;
Si ergo inquit uniuersaliter enuntiet in uniuersali quoniam est aut non. erunt contrarię enuntiationes;
Uniuersaliter enuntiat aliquis in uniuersali. quotiens uniuersalem affirmationem aut uniuer-
salem fecerit negationem; Cum enim dicit omnis homo animal est. uniuersalem hominem uniuersaliter
enuntiauit. per id quod addidit omnis; Quod si rursus dicat nullus homo animal est. eodem modo uni-
uersalem hominem uniuersaliter enuntiat per id quod ait nullus. & sunt contrarię; quas autem
dicat esse contrarias subiecto declarat exemplo; Dico autem in uniuersali enuntiationem uniuersalem.
ut omnis homo albus est. [&] nullus homo albus est; Una siquidem est affirmatio uniuersalis. altera
negatio uniuersalis. quas contrarias esse supra in descriptione docuimus; Quando autem in uni-
uersalibus [ut indefinitas] non uniuersaliter. non sunt contrarię; Quotiens autem inquit indefinitę propositiones & uni-
uersale non uniuersaliter proponuntur. contrarię non sunt; Ita enim affirmatio quę dicit homo iustus est. ei quod dicit [at & quod dicit]
homo iustus non est. contraria non est; Possunt enim utręque simul esse uerę. & in eodem [in eadem re] id est [in] homine
quod in contrariis [i. in uniuersalibus] fieri impossibile est; Quod uero addidit quę autem significantur [i. repperiuntur] esse contraria
tale est; ipsę quidem propositiones contrarię non sunt. significant tamen aliquando contraria; Si quis
dicat homo albus est. & alius neget homo albus non est. ipsę quidem contrarię non sunt. quod autem dicitur [at dicitur] homo
albus non est. potest quiddam significare contrarium; Non designat hoc quod [at qui] dicitur homo albus non est.
& rubri coloris esse. & pallidi & fusci; Designat etiam nigri quod est albo contrarium; potest igitur
id quod non est albus esse nigrum; Ergo quamquam ipsę [propositiones] contrarię non sunt. tamen potest aliquando quod dicitur
contrarium significare prioris affirmationis. ut in eo quod diximus; Nam si id quod dicitur non est homo
albus nigrum esse designet. quoniam quis niger est albus non est. contrarię quidem propositiones non sunt
quoniam possunt esse utręque uerę; quę autem significantur inter duo contraria reperiuntur [uel ut];
Quę autem sint [at sunt] huiusmodi propositiones exemplorum subiectione monstrabit;

Si quando sunt contrarię enuntiationes.

Quia enuntiationes non sunt contrarię aliquando significant contraria.

Dico autem non universaliter enuntiare in his quae sunt universalia, ut est: albus homo non est.

Et quid dicat esse universale universaliter praedicare planissime demonstravit dicens albus homo.

Cum enim universale sit homo, non universaliter utitur enuntiatione. Omnis namque non universale est, sed quoniam universaliter consignificat.

Nam id quod dicitur omnis, illud ad quod praedicatur colligit atque in unum corpus adducit. Ut cum dicitur omnis homo iustus est, nullum excipit hominem, sed totam colligit humanitatem. Et fit de re universali homine praedicatio universalis, cum dicimus omnis homo. Nam cum sit universale homo, huic universali universalitatem consignificat id quod additur omnis. Et res universalis

In eo vero quod universale praedicatur, id quod est universaliter praedicare non est verum; universaliter praedicatur;

Hanc nos sententiam quae ad locum universalitatis determinationem recte ponamus insequitur; Docet enim semper ipsam universalitatem, qua determinationem universalem vocamus, ad subiectum poni debere terminum, numquam ad praedicatum. Si quis enim sic dicat: omnis homo animal est, recte dixerit omnis ad subiectum, id est ad hominem ponens. Quod si sic dicat: omnis homo omne animal est, falsum dixerit. Ergo hoc nunc dicit: In eo vero quod universale praedicatur, ut animal de homine, animale enim universale est et de omni enim homine praedicatur, non est verum hoc ipsum universale quod est animal universaliter praedicare, ut dicat omne animale esse hominem. Nec solum in his, sed in nulla recte fieri affirmatione credit, ait enim:

Nulla enim affirmatio erit in qua de universaliter praedicato universale praedicetur;

Hoc autem cur eveniat paucis ostendam. Praedicatum maius semper est subiecto, aut aequum. Maius ut cum dico homo animal est: animal praedicatur, homo subiectum, sed maius est animal homine. De pluribus enim quam ipse homo praedicatur. Rursus aequale est, cum sic dicimus homo risibilis est: homo subiectum est, risibile praedicatum; Sed homo atque risibile aequalia sunt; Proprium namque est hominis quod est risibile. Ut autem minus praedicatum inveniatur quam subiectum fieri non potest. Si vero ergo maius sit praedicatum, falsum est universale addicere praedicato, ut in eo quod ipse posuit exemplo: Omnis homo omne animal est. Sive aequale sit, superfluum est; Si quis dicat omnis homo omne risibile est. Quare universale praedicatum praedicari universaliter non oportet.

Opponi autem affirmationem negationi dico contradictorie, quae universale

significat eidem quod non universaliter, ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est. Nullus homo albus est, quidam homo albus est.

Quid sit proprie contradictio consequenter exponit. Arte enim[.ss.] opponi contradictorie propositiones, quotiens[n] universalem affirmationem particularis abnuit negatio, et quotiens[n] universalem negationem affirmatio particularis [et adstruxerit] destruxerit. Cum dicitur [enim] omnis homo albus est, illa negatio que dicit non omnis homo albus, de eodem homine non universaliter [s. sed particulariter] tollit quod universaliter affirmatio constituerat. Illa enim omnem hominem esse album ponit; illa dicit non omnem, tamquam si concedat aliquem, sed eam [et sedem tantum aufert] auferat universalitatem. Hoc est enim quod ait quoniam universale significat eidem quoniam non universaliter. Nam sicut universale significat affirmatio dicens hominem, ita atque negatio universale significat. Habet enim et ipsa hominem. Sed idem ipsum universale docet non esse universaliter [id est], id est non omnem esse album, quod affirmatio universaliter esse [est] posuerat, omnem hominem esse album proponens. Eodem modo etiam in negatione [s. fit], quas nos supra angulares posuimus et contradictorias in descriptione. Hic nunc easdem oppositas contradictorie vocat. Quod autem universali affirmationi quod est omnis homo albus est particularem negationem opposuit quod est non omnis homo albus est, tantum [tantum] dicit tamquam si diceret quidam homo albus non est. Nam si non omnis homo albus est, quidam homo albus non est.

Contrarie vero universalem affirmationem et universalem negationem.

Planissime omnes exequitur. Dicitque contrarias universalem affirmationem et universalem negationem; has enim nos quoque supra descripsimus. Hic vero nunc easdem contrarie demonstrat opponi. Illud quod addidit [et quoque] quod eas impossibile sit in eodem veras aliquando cognosci. Nam sicut contrarios natura in eodem non potest inveniri. Neque enim uno eodemque tempore aliquid nigrum atque album. Sic quoque nec contrarie, ut utreque simul sint vere, fieri potest. Quod autem adiecit:

His vero oppositas contingit in eodem.

Particularem affirmationem et particularem negationem designat. Particularis namque affirmatio negationi universali opposita est contradictorie. Particularis [particularis] vero negatio universali affirmationi. Contrariarum igitur opposite possunt in eodem vere aliquotiens inveniri, id est particularis affirmatio et particularis negatio vere ut sint aliquibus fieri potest, ut est quidam homo albus est, quidam homo albus non est; utreque vere sunt.

" Quaecumque igitur contradictiones universalium sunt universaliter, necesse est alteram esse veram vel falsam,

" et quaecumque in singularibus sunt, ut est socrates albus non est socrates albus est.

De contradictoriae oppositis loquitur et de singularibus propositionibus, quod una semper vera, falsa semper altera necesse est inveniri; Hoc enim dicit: "Contradictiones inquit eorum quae sunt universalium universaliter praedicatorum una semper vera est altera falsa; Universalium autem universaliter praedicatorum, sed contradictiones universalium particularium praedicatorum; Nam affirmatio universalis vel negatio in universalibus universaliter praedicantur; horum contradictoriae particulares affirmationes vel negationes sunt, sibi angulariter comparentur; Harum igitur contradictionum quae sunt universalium universaliter praedicatorum una semper vera est, semper falsa altera reperitur; In singularibus quoque idem est; Nam si nulla ut dictum est varietas aequivocationis impediat, idemque sit praedicatum idemque subiectum, ad unum idemque tempus, ad unam eandemque partem, ad unum idemque relatum, uno atque eodem modo una semper vera est, falsa altera, et veritatis inter se naturam et mendacium partiuntur.

: At Nam affirmatio universalis vel negatio universalis universaliter praedicantur.

" Quaecumque autem in universalibus non universaliter, non semper haec vera est, illa vero falsa.

Quae vero sunt inquit indefinitae, ut neque universalem habeant neque particularem determinationem, quod accidit non semper una vera est, altera falsa. Sed utrasque interdum invenimus veras. In universalibus autem non universaliter praedicatur aliquid hoc modo: homo albus est, homo albus non est; In quo uno eodemque tempore utrasque veras esse contingit; hic enim cum universale sit homo, non universaliter praedicatum est nomen; Deinde nec particulariter; neque enim quidam aut nullus aut omnis adiectum est; Docet autem huiusmodi propositiones non in unam sententiam dividere veritatem atque mendacium hoc modo:

huiusmodi

" Simul enim verum est dicere quoniam est homo albus et non est homo albus, et est homo pulcher et non est homo pulcher; si enim foedus, non pulcher; et si fit aliquid, non est.

" et si fit aliquid et non est.

Documentum est huiusmodi dictorum indefinitam affirmationem negationemque veras utrasque posse invenire; Verum est enim dicere est homo albus et non est homo albus; huius autem rei probatio est; Nam si verum est dicere est homo niger et est homo albus simul uno eodemque tempore, quia autem niger est albus non est, verum est dicere uno eodemque tempore quoniam est homo albus et non est homo albus; Rursus si verum est dicere quoniam est homo pulcher et est homo foedus uno eodemque tempore, Quia autem foedus est pulcher non est, Verum est dicere uno eodemque

tempore. quoniam est homo pulcher. & non est homo pulcher; Uerum autem dicere hominem esse pulchrum. & hominem esse foedum uno eodemque tempore manifestum est; Cum enim achilles esset pulcher. erat clodus thersites foedus; Rursus uerum est dicere esse hominem album. & rursus uno eodemque tempore fieri hominem album; Nec hoc ulla contrarietas uetat ut sit homo albus. & rursus fiat homo albus. Sed qui fit albus (at si quis fit aliquid et non est.) nondum albus est; Uerum est dicere igitur quoniam est homo albus. & non est homo albus; hoc est enim quod ait. & si fit aliquid non est; Cum enim fit. non est. sed potest dici quoniam est albus homo & fit albus homo. ut utrumque uere dicatur; Potest igitur uere utrumque dici. & est homo albus. & non est homo albus; (seu uirtu / uirtus)

Uidebitur autem subito inconueniens esse. Idcirco quoniam uidetur non esse homo albus significare. simul etiam quoniam nemo homo albus est; hoc autem neque idem significat. neque simul necessario;

Tacite hominum dubitationi respondit; Quod enim dicimus est albus homo & non est albus homo. utrumque uerum esse uidetur. Aliquotiens inconueniens esse; Si enim uerum est dicere est albus homo quemadmodum fieri potest ut uerum sit dicere non est albus homo? hoc autem uidetur idcirco. quoniam apparet quibusdam id quod dicimus non est albus homo hoc significare tamquam si dicamus nullus homo albus est. Sed hoc uerum non est; Neque enim idem est dicere non est albus homo. & nullus homo albus est; & quanquam cum dicimus nullus homo albus est simul significamus (t ee) quoniam non est homo albus. non tamen ex necessitate idem utraque (i. utraque propositio) significat; Cum enim dicimus (at cam) non est homo albus. simul nos dicere quoniam nullus homo albus est non oportet intellegi; Neque enim semper simul est non est homo albus. & nullus homo albus est; Nam aliquotiens simul est. Scilicet cum prius dicitur uniuersalis negatio; Cum uero indefinita dicitur prius. non est simul negatio uniuersalis negationi indefinitae; Nam si dicam nullus homo albus est. simul dixero quoniam homo albus non est; Quod si dicam homo albus non est. non est simul dicta negatio uniuersalis quae est nullus homo albus est. quoniam potest quidam esse non albus. de quo dicatur homo albus non est;

omis Neque tamen omnes esse non albi; Nigri est simul necessario. non est albus homo. & nullus homo albus est;

Manifestum uero est autem. quoniam una negatio. unius affirmationis est; hoc enim idem oportet negare negationem. quod affirmauit affirmatio. & de eodem;

Hoc quoque argumentum (o uictio probatio) est negationem indefinitam & uniuersalem idem non significare. & eas (la se) esse diuersas; Nam si unius affirmationis una negatio est. contraria quae dicit non est homo albus illa est affirmatio quae dicit est homo albus. & contraria quae dicit nullus homo albus est.

xd

at id est homo alb(us).

illa affirmatio est · quae dicit quidam homo albus est ; Sed hae affirmationes · diversae sunt · Id est est homo albus · et quidam homo albus est ; Diversae igitur illae quoque sunt · quae his proportionaliter opponuntur ; Diversa igitur est negatio · quae dicit nullus homo albus est (at et ea) ei quae dicit non est homo albus · Docet autem nos unius affirmationis unam esse negationem · idque hac ratione demonstrat ; Oportet enim idem praedicatum negare negationem · quod praedicaverit affirmatio ; Et rursus de eodem subiecto auferre praedicatum negationem oportet · ad quod affirmatio ante coniunxerat ; Quod si sit · dubium non est unius esse affirmationis unam negationem ; Sive autem hoc in universalibus fiat (vel sive) universaliter praedicatis · sive indefinite et non universaliter · sive in singularibus · una tamen eademque propositionum natura est · ut unius affirmationis sit (tantum) tam naturaliter una negatio · hoc autem inductione (introductione, id est exemplo) probat ;

“ Dico autem ut est socrates albus · non est socrates albus ; est ...

In hac enim propositione · idem subiectum est · idem (idem est) praedicatum · et in medio exemplorum · subiecti ·

“ Si autem aliud aliquid vel de alio idem · Non opposita sed erit ab ea diversa (vel diversa) ·

Sensus huiusmodi est ; Si autem aliquid aliud praedicaverit negatio quam affirmatio praedicavit · vel de alio subiecto idem negatio praedicaverit · quod in affirmatione fuerat praedicatum · non sunt sibi oppositae · sed (tantum) ab se (id est variae) diversae sunt ; Si quis enim dicat socrates [illegible] disputat · et alius respondeat socrates non ambulat · diversum praedicatum est · et diversae sunt propositiones · (quae non dividunt veritatem et falsitatem) et non oppositae · et hoc est quod dixit · “ Si autem aliud aliquid · Aliud enim praedicavit quam affirmatio praedicaverat ; Quod si quis sic dicat · socrates disputat · aliusque respondeat plato non (non est) disputat · de alio subiecto idem praedicavit · et sic erunt a se diversae propositiones et non oppositae · et erit id quod ait

“ vel de alio idem ; Quod si utraque sint diversa · multo magis diversae propositiones fiunt ; Quibus positis ad propositarursus exempla tendit · et uni affirmationi unam enuntiationem negationis opponit ; Angularibus angulares · et affirmativas negativis particularibus universales · Indefinitis indefinitas opponens et comparans ; Et post haec concludit sententiam dicens · manifestum est unam affirmationem unam oppositam esse negationem ; Revolvit (rursus tractat) quoque breviter quae maneat contrariae · aliae contradictoriae (oppositae) · dicitque se quae sint hae diligentius in superiore

Zeuma disputatione (sic commemorat · ubi superius) monstrasse ; Illud quoque non omnino esse vera aut falsa affirmationis et negationis oppositionem · quam nunc communiter et in proprie contradictionem vocat · et quando non sint vera aut falsae · etiam se exposuisse commemorat ;

[predicatum] [subiecto]
UNA AUTEM AFFIRMATIO ET NEGATIO EST. QUAE UNUM DE UNO SIGNIFI
CAT. UEL CUM SIT UNIUERSALI UNIUERSALITER. UEL NON SIMILITER.

Quid sit una affirmatio et supra iam diximus. et nunc quoque idem docere
non piget. cum idem aristoteles reuoluerit. Una enim affirmatio est.
quae unam rem de una significat. id est quae huiusmodi habet predicatum et hu
iusmodi subiectum ut utrumque singula significet. Nam si unum aliquid signi
ficet predicatum. simplex atque unum est. quod si rursus unum aliquid signi
ficet subiectum et non plura. simplex rursus est atque unum. Quocirca si
unum predicatum de uno erit subiecto. utraque singula significabunt [debent]. et
non plura. Eoque fit. ut non sit multiplex propositionis significatio. et
quae unum significat una sit. Idem autem oportere esse etiam in uniuersali
bus uniuersaliter predicatis. et in particularibus quasi in uniuersalibus oppo
ni necesse est. quorum etiam subdit exempla. Dicit enim unam esse propositionem.
omnis homo albus est. et ei rursus oppositam unam esse. NON EST OMNIS HO
MO ALBUS. si album inquit unum significat. quod si plura designat [predicatum scilicet aut subiectum]. NON EST
UNA AFFIRMATIO NEC UNA NEGATIO. Hoc autem etiam subiecto conuenit cus
todire. scilicet ut subiecti quoque simplex significatio seruetur. docet autem
non esse unam propositionem si predicatur uel quodlibet in propositione uerbum
multa significet hoc modo. SI UERO DUOBUS UNUM NOMEN EST PO
SITUM. EX QUIBUS NON EST UNUM. NON EST UNA DEFINITIO.

Sunt quaedam res quae plura quidem significent. ex quibus omnibus iunctis
unum quiddam ualeat effici. Hominis quidem [acceptis] nomen significat animal.
significat mortale. rationale quoque designat. Sed haec iuncta in unum
quiddam efficiunt. quod est animal rationale mortale. Haec namque omnia
unum hominem complent. Sunt quoque alia quae duas uel plures huius
modi res designant. ex quibus iunctis unum aliquid esse non possit. ut
liber. Dicitur namque et dionisius liber. dicitur etiam [scilicet liber] ingenuus. Sed ingenuus

Nota quid sit affirmatio et negatio.

Stranguria. impedimentum urine.

et dionisius iuncti: nihil efficiunt; Quare si quid tale sit inquit aut
subiectum aut praedicatum quod plura significet: ex quibus unum aliquid esse
non possit: non est illa una affirmatio neque una negatio; Et hoc ficticia [i. innaturalis. t sophistica]
exemplificatione confirmat. Dicatur enim inquit equus et homo: tunica.
et habeantur verbi gratia hoc nomen; Si quis dicit. est tunica alba. quoniam tuni
ca equum atque hominem designat: videtur dicere quoniam est equus et homo
albus. Sed hoc tale est: tamquam si quis dicat: Est equus albus et est homo albus;
Sed hae duae sunt propositiones: et non una. Duplex igitur illa quoque propositio est:
[t et] Est homo et equus albus; quare duplex illa quoque quae dicit. est tunica alba; Et
enim subiecti huius id est tunicae duplex significatio: propositiones fecit esse
[id est duplices] multiplices; Quod si quis dicat unum quiddam significare. est tunica alba
quia significat est homo et equus albus: impossibile est; Neque enim ex homi
ne et equo quiddam unum fit: ut haec propositio unum aliquid designet; qua
re aut haec propositio multa significat: aut si non multa nihil omnino desig
nat; Nihil enim est homo equus: ut simul dicatur atque intellegatur; hoc est
enim quod ait. SI ERGO HAE MULTA SIGNIFICANT ET SUNT PLURES [id est plurales] MANI
FESTUM EST QUONIAM ET PRIMA. ID EST ea quae dicit est tunica alba: multa vel
nihil significat; Nihil autem idcirco quoniam si non multa designet propositio.
cuius quilibet terminus aequiuocus est. cum illa quae nomine aequiuoco signi
ficantur iuncta fuerint: neque in unam substantiam convenerint talis iunctura.
quae res sibimet inconexas copulat. non erit ullus intellectus; Ut in ea quae est.
tunica alba est. aliter esse una [t non] non potest. si tunica equum hominemque significet.
nisi equus atque homo iuncti unum aliquid efficiant. Sed hi [equus et homo.] termini tales sunt.
ut necesse sit hanc propositionem vel multiplicem esse. vel nihil significare; Nam si
N centaurum non est.
iungantur homo et equus: fit nihil; Nihil enim est homo equus: quod per hoc monstrauit
trauit quod ait. NEC ENIM EST [id est aliquid] ALIQUIS HOMO EQUUS; Hoc autem est cur
nunc ab ipso propositum sit: lucidissime demonstrauit; Cum enim de his propositi

tionib; loquerentur quae uerū inter se falsūq. diuiderent. hoc addidit quę etiā
hę quae habent t predicatū aequiuocū t subiectū. uerū falsūq. n̄ diuidunt.
Utreq. enī uerę eē possunt. ut hę quae dicunt. est liber homo. si ad ingenuita
tem referas. et n̄ est liber homo. si ad dionisium; recte igit dictum est.
QUARE NEC IN HIS NECESSE EST. HANC QUIDEM CONTRADITIONE UE
RAM EE. ILLAM UERO FALSAM ;

Cum enī multa significat multiplex significatio in negatione atque affirmatione semuicē non perimit. Qd si una sit affirmatio una negatio qm utraq. meodē esse non possunt. unā uerā sēp falsam alterā esse necesse est. IN HIS ERGO QUAE SUNT ET FACTA SUNT. NECESSE EST AFFIRMATIONEM UEL NEGATIONEM UERĀ ESSE UEL FALSAM ; In uniuersalib; quidē uniuersaliter (s. p̄dicatis) semp hanc uerā. illā uero falsam; et in his quae sunt singularia quemadmodū dictum est ;

(ā etrarias. t ē traductorias. i. oppositas.)
In presentib; rebus et in preteritis factas contradictorias enuntiationes. dicit definite unā semp uerā. alterā definite semp eē mendacē. ut si quis dicat omīs fabii perierunt quia ad pugnā contra ueienentes priuata (c̄iuratione) conspiratione pgressi sunt; hoc si negetur sic. n̄ omīs fabii perierunt quia ad pugnā contra uehientes priuata (c̄iuratione) conspiratione pgressi sunt. Necesse est quidē unā ueram. unā esse falsam; Sed definite uera affirmatio est. definite falsa negatio; Cū enī id quod factū ÷ dr factū. definite uerum est ; Quod si id factū denegetur. falsū est definite; Siue ergo In uniuersalib; uniuersaliter p̄dicatis contradictio p oppositionē particularitatis fiat. siue in singularib; ut in socrate et in ceteris indiuiduis. in his quae sunt p̄terita. sēp erit una uera est. altera falsa. ut in eo quod est socrates ueneno peremptus ÷. socrates ueneno peremptus non ÷. uera est affirmatio definite. et ita rursus falsa negatio; In p̄sentib; qq idem esse necesse ÷; Si enī disputante socrate. dicat aliquis. socra

Ueientes pp̄ls italiae.

tes disputat et hoc alius neget. sicut disputare socratem presentis tem
poris ratione definitum est. ita quoque definite affirmatio retinet ueritatem.
negatio definite mendacium. Et in uniuersalibus quidem uel affir
matiuis uel negatiuis in quibus uel affirmatio particularis uel negatio
particularis opponitur idem est. Hoc est enim quod ait. in que sunt et
que facta sunt id est in presentibus atque preteritis. una semper definite uera est.
semper altera falsa definite. siue uniuersalis una sit altera particu
laris. quod per hoc monstratur quod ait. IN UNIUERSALIBUS QUIDEM
SEMPER HANC UERAM. ILLAM UERO FALSAM. Siue in singula
ribus atque indiuiduis predicamentis quod per hoc designat quod addidit.
ET IN HIS QUAE SUNT SINGULARIA. Sed postquam de contradictoriis
dixit. adiecit. IN HIS AUTEM QUAE IN DEFINITE SUNT. NON NECESSE EST
SEMPER HANC QUIDEM UERAM. ILLAM UERO ESSE MENDACEM.
Hoc scilicet designans quod dixit. in his uero que in uniuersalibus non uni
uersaliter dicuntur non est necesse. Non est enim necesse in his unam ueram alte
ram falsam proponi. Potest enim fieri ut utreque sint uerae que fuerint
indefinite. IN SINGULARIBUS UERO ET FUTURIS NON SIMILITER.
Propositionum alie sunt tantum inesse significantes. ut si quis socratem uiuo
dixisset. socrates caluus est. alius negaret socrates caluus non est. illa
enim inesse posuit socrati caluiciem. illa caluiciem a socrate disiunxit.
Alie uero sunt necessarie. ut si quis dicat necesse est solem annis om
nibus in arietem rursus redire. Rem namque necessariam et ex necessita
te euenientem predicans totam fecit necessariam propositionem.
Alie autem sunt contingentes quae cum non sint eas
tam in futurum euenire possibile est. ut si quis dicat
hodie alexander pransurus est. hodie alexander pran
surus non est. Etenim cum ista dicantur quoniam illi adhuc

prandere non inest. inest tamen contingit. et potest fieri ut hodie prandeat.
idcirco eas dicimus contingentes. Contingit enim fieri quod adhuc non est
factum est. sed haec non insunt quidem ut dictum est. sunt enim futuri temporis.
Quae autem non insunt si inesse possunt necessariae non sunt. quoniam huiusmodi
retinent naturam ut eas et esse et non esse possibile sit. potest enim fieri ut hodie
alexander prandeat et rursus potest fieri ut hodie non prandeat. Et hanc
eveniendi vel non eveniendi possibilitatem utrum libet vocamus. In huiusmodi enim
rebus utrum libet contingit aut affirmatio aut negatio. et non est necesse
aut affirmationem fieri aut negationem. Nam cum non sit affirmatio ne
cessaria non interclusum est contingere negationem. Rursus cum negatio ne
cessaria non sit interdum accidit ut affirmatio contingat. Quare haec huius
modi eveniendi et non eveniendi potentia utrum libet vocatur. quod
in his utrum libet id est et affirmationes et negationes evenire concedit. N utrumlibet

Nunc ergo aristoteles hoc validissima argumentatione contendit
adstruere. quodquemadmodum in praeteritis et in his quae praesentia non
modo in affirmatione et negatione unam veram alteram falsam esse neces
se est. sed definite una vera est. definite altera suscipit falsitatem.
non ita in his quae contingentes vocantur. Necesse est enim ut aut af
firmatio vera sit aut negatio. sed non ut definite quaelibet earum vera
sit altera falsa definite. namque dicimus alexander lavandus est.
et si alius neget dicatque alexander lavandus non est. totum quidem
hoc necesse est evenire. ut aut lavetur aut non lavetur. et necesse
est unam esse veram alteram falsam. aut affirmationem si lotus fuerit
aut si non fuerit lotus negationem. sed non est necesse ut definite affir
matio vera sit. idcirco quod in huiusmodi rebus poterit evenire ne
gatio. Sed nec utique definitum est ut negatio vera sit. falsa affir
matio. Idcirco quoniam potest non evenire negatio. Quare in tota con

contradictione unā quidē uerā. falsā alterā ēē necesse est; Ut autē
N̄T definite una uera sit altera falsa definite. sicut in his que sunt preterita
queq; presentia. nulla rerū ratione possibile est. Sed hoc prius aristote
les in singularium ꝑdicatiuorū ꝓpositionib; ꝓbat. post autē id de
bere in uniuersalib; docet intellegi. idcirco enim ait.

I IN SINGULARIB; UERO ET FUTURIS NON SIMILITER;
id est in singularib; ꝓpositionib; de quib; ꝑmū tractat. & futuris id est
contingentib; non idē modꝰ est uerarū falsarūq; propositionum.
qm̄ in preteritis atq; ꝑsentib; qm̄ in preteritis atque ꝑsentib; & totū con
tradictionis corpus in ueritatē falsitatēq; diuidit. & uera una est
definite ut possit ex his certus aliquis ac sciens dicere qm̄ affirma
tio uera sit. t rursus qm̄ negatio. t si ed nullus dixerit certa ꝑterita tam
sedm tēporis t ꝑsentis secd suā naturā ratio certis euentus est; In his uero
in quib; contingens est futurū id est uariabile. & instabile. totū qui
dē corpus contradictionis in ueritatē falsitatēq; partit; sed hec ueritas
atq; falsitas indiscreta est atq; uolubilis; Nullus enī potest dicere qm̄
affirmatio uera est. nec enī necesse. uerā ēē affirmationē. Idcirco
qm̄ negationē fieri possibile est. nec rursus negationē. qm̄ non est
impossibile affirmationē contingere; & postremo qm̄ utrū libet
ipsorū contingit. Idcirco una eorū uera ēē definite. & certa
naturalit̄ n̄ potest; quib; aut̄ id argumentationib; exequatur.
manifestū erit hoc modo. NAM SI OMS AFFIRMATIO UEL NE
GATIO UERA T FALSA EST. ET OMNE NECESSE EST T. ESSE. T N̄ ĒĒ.

Si quicquid in affirmationib; negationib; q; ponit̄ uerū t falsū est
definite. sequit̄ ut quod ille negationes affirmationesq; signi
ficant. aut euenire aut n̄ euenire necesse sit; hoc est enī quod dic̄.
Nā si omis affirmatio uel negatio uera t falsa est definite.

Media sententia ē hic q̄ ps̄icitur ex hoc q̄ paulo post infertur. manifestum ē qm̄ necesse est uerū dicere alterum ipsorum. N̄T

N̄T Ab hoc loco incipit falsas ꝓpositiones & ꝯclusiones.

Si hic quidem dicat futurū aliquid. ille uero non dicat hoc idē ipsum.

Idcirco enim addidit omnis; In his enim que sunt futura uel contingentia non esse
affirmationes & negationes ueras uel falsas definite probare contendit;
Nam si unus dicat aliquid futurum alius neget. ut utraque eueniant fie-
ri non potest; Quis enim dixerit dicente alio [aliquo] Socrates ______ cenaturus est.
alio que socrates cenaturus non est. utrasque ueras in uno eodemque contin-
gere hoc igitur fieri non potest; Unus ergo eorum uerum dicturus est alius
mentietur; Ponatur enim definite unam eorum ueram esse uel falsam; Si ergo omnis af-
firmatio & negatio uera uel falsa est definite. & uterque negans affirmansque
ueri in contradictionibus esse non possunt. Necesse est unum uerum dice-
re. alterum falsum; & unum definite uerum falsum alterum definite; hoc si est
in omnibus affirmationibus atque negationibus ut una definite falsa
sit. altera uera definite. Quicquid uera [affirmatio] dicit euenturum. necesse
esse euenire. quicquid non euenturum [negatio] non euenire necesse est; hoc est enim quod ait.

MANIFESTUM EST QUONIAM NECESSE EST UERUM DICERE ALTERUM IPSORUM.

Neque enim potest fieri ut affirmatio negatioque consentiant in talibus;
id est in contradictionis propositionibus; Necesse autem esse euenire
quaecumque uera definite affirmatio loquitur. & non euenire quod profert
definite uera negatio sic probatur; Nam si uerum est dicere quoniam album
uel non album est. necesse est esse album uel non album; Et si est album uel non album.
uerum est affirmare uel negare; Quod de futuro possit esse iudicium.
a presentibus trahit exemplum [modo similitudine]; Ait enim hanc esse rerum consequentiam [continuationem] ut rerum
subsistentiam propositionis ueritas consequatur. ueritatem propositionis rei de
qua loquitur propositio essentia comitetur; Nam si hic lapis. ut quodli-
bet aliud album est. uerum est de eo dicere quoniam album est. & hoc con-
uertitur; Nam si uerum est dicere de eo quoniam album est. sine dubio albus est.
& album esse necesse est; Itaque fit ut res ueritatem. & ueritas rem de qua pro-
nuntiatur subsequatur; Rursus si lapis hic albus non est. uerum est de eo dicere

Margin notes:

per falsam conclusionem.

ORDO. Propositionis ueritatem. rei comitetur sententia.

id est de qua fit propositio.

q̄m n̄ est albus; il dē quoq; & iā in mendacius q̄ albo; Nā si quid n̄ est cū
hoc aliquis ēē posuit mentitur; & si quis de alio mentit̄ & illud de quo sit
m̄dacium non est. ut si quā rem cū alba n̄ sit. Dicat aliquis esse albā
mentitus est. quocirca necesse est illud q̄q n̄ ēē de q̊ mentitus est;
Ita igitur ueritas quidē rei que est & res que est ueritati; falsitas
uero rei que non est & res que non est falsitati conuertit̄; Quod si hoc
est in omnib; reb; & quicquid dicit̄ cū ueritate t falsitate ad rē que
est, t n̄ est conuertitur; siue negatio sit siue affirmatio. & unā ueram
sēp alterā falsā ēē necesse ē. si una definite uera est. inpossibile quid
dā ex hac positione contingit; Eueniet nāq; omnia q̄ uel
fiunt. ex necessitate fieri. & nihil a casu nihil quod ēē possibile quod
sit & non esse possibile; nihil etiā in liberi arbitrii moderamine
relinquit. sed totū erit ex necessitate quicquid euenerit; Nā si ue
rū est definite de qualibet re dicere q̄m erit illā rē sine dubio futu
rā esse necesse ē. & ut n̄ fiat n̄ potest euenire; uerū est eni dicere
de ea q̄m futura est; poterat dici nisi eā fore esse necesse; Quare si in
omni affirmatione & negatione aut affirmatio aut negatio
in futurū definite uera ut falsa est. necesse est ut quod ab affir
matione uera definite. ut quod a negatione dicitur euenire;
In falsitate q̄q similis causa est; Nā quod n̄ erit. falsū est dicere
q̄m erit; & quod falsū est dicere q̄m erit. ex necessitate n̄ erit;
Et quod erit. falsū est dicere q̄m non erit; & quod falsū est
dicere q̄m n̄ erit. necessario erit; Ut igitur ueras ppositiones
necessarius sequitur euentus. ita n̄ fiat q̄d dicitur a falsa pposi
tione; quod si in futurū omnis affirmatio uel negatio definite
sēp diuidunt ueritatē & falsitatē. erit rerū que p̄dicuntur
necessarius euentus. & omnia ex necessitate contingent. t n̄ contingent;

Hic p hinc reuera incipit falsas ppositiones & conclusiones.

Cassu p duo ss. dic̄ quia antiqui geminabant s. in media dictione. sicut quintilianus.

Moderatione .i. dispositione.

Nec uerū de ea q̄m futura est.

Non hoc pbat nec astruit pbare n̄ ēē affirmationes & negationes ueras t falsas definite in his q̄ s̄ futura t contingentia.

Nihil ex hoc pbat n̄ nec euentus nec contingere ex necessitate n̄ sunt.

Some leaves lost (credo)

pdicari n posse monstrauit. Nunc aut illud ad[d]it dicat. qm illa quoq; q substan
nalit pdicant n se p simul iuncta pdicant. Et h ratio & accidentibus
euenit & substantialibus rebus. Quotiens eni inest in pdicato aliquid
& nos illud extra uolum pdicare. & in unu rurs duo pdicata c iunge
re. tunc fit incgrua pdicatio. & h aliquotiens quide in ipsa nominum
platione pspicit. Aliquotiens u inuenit in intellectu atq; in termini con
tinentia. Si qs enim sit ho albus. & de eo dicat. ubi gtu. callias ho albus est.
& rurs de eo dicat callias albus e. Si qs id uelit iungere. incouenientissi
me pdicabit. dicet eni. Callias ho albus albus e. Idcirco qm albus in hoc
albo cotinebat. q ante de callia pdicatu e. Atq; hoc e quod ait. QUARE NEQ. AL
BU FREQUENTER. Aliaus q in platione n hnt. sed in natura. Si qs eni
sic dicat. socrates socrates e. & rurs socrates ho e. n recte fecerit pdi
catione. Nam ho in socrate inerat. & rurs ho de socrate pdicatu e. Tale est
g q h iuncta ide socrate & hoem uoluerit pdicare de socrate. tanqua
si dicat. socrates ho ho est. Nam in socrate inest hois natura. t rurs si de aliq
hoe uelit aliqs hoem pdicare. & rurs animal. & dicat. homo ho e & ani
mal. ho eni idem e q animal. g q h duo iuncta copont. nihil differt qua
si dicat ho animal animal est ho naq; animal e. Eode m & si de aliq hoe
homine pdicet aliquis. & rurs bipede atq; h iuncta uelit dicere. incgrua
faciat pdicatione. Nihil eni aliud dic q dixerit bipes e quasi dicat ho
bipes bipes e. & eni ho bipes e. Quare neq; ea q in ipsa platione inal
tero inc cu extra pdicant recte iungunt. nec ea q in platione q de n insunt.
[interlinear: t recte pdicant]
sed tantu in natura atq; substantia. q si nec accidentia sint nec alterum

Marginal notes:
NT hec omia diligent.
At socrates socrates n est.
NT q hic inuenit locutio similis ei q profert a seruo in tugurio muli eris ancillae.
NT q e q d natura inest. n se iuncta recte pdicat

NP quia dixerit superius non semp̄ s; aliq̄ndo.

in altero & etiam singillatim p̄dicent̄. recte iuncta p̄dicant̄. Si q̄s enī dicat de hoē
q̄m animal est. uerū dixerit. Et rursus q̄m bipes. uerū h̄ quoq; dixerit. h̄ si iungat.
faciet hō ē animal bipes. h̄ recte p̄dicat̄. Nā neq; accidentia d̄r. nec alterum
alteri inest. Illa aūt (et aut) sola aliq̄b; ins̄ substantialit̄ q̄cūq; in eorū definitione sumunt̄.
Ut in definitione hōis sumit̄ animal. & in definitione rursus hōis sumit̄ bipes. In
est ergo & bipes in hoē. q̄re illa sola singillatī p̄dicata recte iuncta p̄dicantur. NP
